



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Epistola XXIII. Gregorii Papae I. Ad Anthemivm Svbdiaconvm. Ancillas Dei,  
Paulinum presbyterum, & alios commendat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

## EPISTOLA XXIII.

## GREGORII PAPÆ I.

AD ANTHEMIVM SVBDIACONVM.

Ancillas Dei, Paulinum presbyterum, & alios  
commendat.*Gregorius Anthemio subdiacono.*

**I**NSINVATVM nobis est, ancillas Dei quasdam Nolanae Ioan. diac.  
libro 2. cap.  
55.  
ciuitatis in Aboritana domo commorantes, nimiam vi-  
tus vestitusque penuriam sustinere. Quibus ex præcepto  
Dei subuenire nos conuenit, & inopiam earum, inquan-  
tum possumus, donante Domino subleuare. Propterea ex-  
perientia tuæ præsentí iussione mandamus, vt de hac præ-  
sentí nona indictione, quadraginta in auro eis solidos dare  
debeas, & deinceps succendentibus indictionibus annuos  
viginti solidos ministrare, qui tuis possint rationibus im-  
putari. Præterea Paulino presbytero monasterii sancti  
Erasmi, quod in latere montis Soractis situm est: sed &  
duobus monachis in oratorio sancti archangeli seruien-  
tibus, quod in Lucullano castro iuxta sancti Petri basili-  
cam esse dignoscitur, binos te in præsentí tantummodo so-  
lidos dare præcipimus, qui & ipsi tuis rationibus imputen-  
tur. Ita ergo fac, vt impensæ mercedis tu quoque partici-  
pium sortiaris.

## EPISTOLA XXIV.

## GREGORII PAPÆ I.

AD IOANNEM EPISCOPVM CONSTANTINOPOLITANVM,  
Eulogium Alexandrinum, &c.De onere pastorali fibi nuper imposito, & de fide, quam  
iuxta decreta Conciliorum amplectitur.*Gregorius Ioanni episcopo Constantinopolitano, Eulogio Ale-  
xandrino, Joanni Hierosolymitano, Anastasio  
patriarchæ Antiocheno, a paribus.*

**C**ONSIDERANTI mihi quod impar meritis, ac toto animo  
crenitens, pastoralis curæ pondera portare compulsus  
Concil. Tom. 13.

Z ij